


Sammelband von Diss

W



U. q. 79, 5

THEMATA
Disputationis 2. lib. 3. Inst.
DE OBLIGATI-
ONIBVS IN GE-
NERE

*Ex titulo 14. lib. 3. Inst & concordan-
 tibus iuris textibus desumpta*

*Q V AE
 DEO BENE IVVANTE
 SVB PRÆSIDIO*

Nobilissimi, Clarissimi, & Consultiss. Viri

D. ARNOLDI DE REYGER,
I. V. D. ET IN INCLITA SALANA
Academia Professoris Pandectarum
publici dignissimi.

*Proponit ac pro ingenij viribus defendere
 studebit*

LAZARVS PÖCKELIVS RATISPOENSIS

Ad diem 18. Ianuar.

Hora locoq; consuetis.

Ius civile vigilantibus scriptum est.

*Sævola IC. in I. Pupillus. 24 ff. Quæ in fraud. cred.
 facta sunt.*

IENAE

Ex typographeo Tobiae Steinmanni.

ANNO CICLO XCV.



Magnificis, Nobilissimis, Erudità Doctri-
na, Singulare virtute, eximiâ Prudentia, veraq;
Pietate Prastantib; aig; excellentissimis

D. D.

Dn. Joanni Alberto Portnero
Dn. Joanni Lercherfeldero
Dn. Nicomedi Schuuebelio
Dn. Jone Paulo VVolfio

Inclytæ, Liberæ, Imperialisq; Reipub.
Ratisponensis Coss. gravissimis
Senatoribus primarijs

Dominis Patronis aig. Fautoribus debita
observantia plurimum colendus

Hacce theses

In certissimum debitæ gratitudinis,
& observantiæ signum D .D.

Lazarus Pöckelius
Ratisponensis.



Continuatio.

Absolutis rerum dominijs, transeundum nunc
est ad earundem obligationes, quæ sunt altera res
rum pars.

De qua imp. Inst. se post expositos dominij modos tractaturum
edixit. s. S. ult. i. de usu & hab. S. singulorum. I. de iure nat. g. & c. i.

THEISIS I.



B L I G A T I O E S T
juris vinculum, quo quis necessita-
te astringitur alicuius rei solvendæ,
secundum nostræ civitatis jura. a.

a d princip. l. b. t. l 3 in princ. ff. b. t. l in
commodato. 17. S. sicut autem. 3. ff. commoda-
ti l. de contractu. 3. C. de rescind. vend. l. sicut in principio 5. C. de oblig. &
action.

2.

Hæc definitio ei obligationi propriè conve-
nit, quæ & naturâ & jure constat, quam Contius
civilem vocat b.

b Cont. lib. I. disp. c. 9. & wesentb. ad pr. h. t. n. i. & ibi D. Bor.

3.

Quanquam omnino fatendum obligationis
vocabulum, etiam illi, quæ solo naturalis & quita-
tis vinculo sustinetur, rectè accommodari c.

c per l. Stichum aut Pamphilum 95. S. naturalis ff. de solut.
fac. l. I. in pr. ff. de pactis. l. naturaliter. 13. in fin. iuncta l. seq. ff. de
condict. indeb.

A 2

Hinc

4.

Hinc duplex obligatio constituitur alia naturalis. alia Civilis d.

a. l. Grecè 8. & post litem. 3. l. fideiussor obligari §. fideiussor. 3. ff. de fideiussorib. l. 1. ff. de novat. & deleg. §. 1. in omnibus l. de fideiussorib. l. 40. quibus diebus §. 3. Dominis servo. ff de cond. & demonstr. l. 18. Creditorem. ff. ad SC. Maced. VVejemb. in parat. htc. n. 5.

5.

Naturalis obligatio dicitur, qua homines invicem propter conservationem humanæ societatis, & maxime propter servanda pacta obstringuntur ex mero naturæ instinctu, vel æquitate naturali sine mandato Legislatoris e.

a. D. Bebio. Inst. b. t. n. l. 1. §. 8. si id quod ff h t. l. Stichum 95. §. naturalis. ff. de solut. l. cum amplius. 4. 8. in fine. ff. de R. l. si noxali l. l. §. sed et si à vers. est autem natura ff. de pec.

6.

Et hæc rursus duplex est. Est enim alia, quæ cum reliquo jure naturali existit ex quadam naturæ affectione, ut est naturalis obligatio ab antidera f.

f. l. sed et si 2. 5. §. consuluit. ff. de pet. hered. VVes. ff. b. t. n. 5. Turpe enim est, & viro prudenti non satis convenit ab eo, in quem beneficium consuluit, ἀνθρώποι seu debitum exigere, alioquin beneficium non erit, sed creditum vt. elegantiſſimè diſputat Seneca lib. 3. de benef.

7.

Et hæc nisi ad necessitatem juris civilis redacta sit, quo calu efficax est, & officium judicis producit nullius aut modicæ est effectus, & tale debitum solutum quoq; errore repetitur g.

g. Gl. & Dd. in l. 5. ff. de iust & iure. & in l. cum qui C. de iur. & fact. ig.

8.

Altera deinde est juris gentium orta ex conventione

ventione & jure humano, quod conventiones servari præcipit h. Is enim naturâ debet, inquit IC. quem jure gentium dare oportet.

b l. 1. ff. de pactis. tex. est in l. 5. in his §. Imperator. 2. ff. de solut. & liber. d. l. 26. Non minorem. C. de transact. i d. l. cum amplius. 48. ff. de R. l. VVesemb. hic in parat. n. 5.

9.

Et hæc naturalis obligatio dicitur nuda vel sola quoties lex civilis eam neque approbat, neq; improbat k.

k Schneid. de obl. nat. tan. Inst. h. t. n. 11. l. 1. §. id quod natura ff. ad L. Falcid. vide. Alciat. ad l. creditores circa finem ff. de V. S.

10.

Ideoque inter patrem & filium & duos fratres sub eiusdem patris potestate constitutos, hæc tantum naturalis obligatio oritur.

l 1. 38 frater à fraatre ff. de condic. indeb. Schneid. d. l. n. 17. & Mynsig. Inst. h. t. n.

11.

Idem est, si aliquis credat pupillo pecuniam sine tutoris auctoritate, atq; ex ea pecunia factus sit locupletior m.

m l. pupillus. 5. §. 1. ff. de auct. & consens. tut. l. naturaliter. 13. §. final. ff. de cond. indeb. l. ait Praetor. 3. §. pupillus. 4. ff. de neg. gestis l. 1. infine. ff. de novat. l. si pupillus 21. ff. ad L. Falcid. l. in numerationib. 44. ff. de solut. Cuiac. & Donell. in d. l. 127. ff. de verb. oblig. Corras. lib. 6. Miscel. cap. 22.

12.

Vbi tamen ex reactio venit, obligatur pupillus & furiosus etiam sine tutoris auctoritate vel sine curatore o.

o l. furiosus. 46. ff. de actionibus. & oblig. l. 29. si quis. §. denique ff. commu. divi. l. 3. §. si furiosi ff. de neg. gesti. l. in princip. ff. de contr. tuto. 20.

A 3 An au-

13.

An autem actio illa quae in pupillum datur ob
naturalem obligationem sit naturalis? Negamus p.
p. per tex. in d.l. pupillus. s. ff. de autorit. tut.

14.

In quibus etiam negotijs sermone opus non
est, & surdus intervenire potest q.

q l. 1. circa finem, l. in quibuscunq; 48. ff. de oblig. et act. l. 2.
ff. b. t. l. 9. in venditionibus. ff. de contrah. empt. l. 1. ff. de verb. oblig.
§. mutum. 7. Inst. de inutilibus stipul.

15.

Servus et si consentire potest, tamen quia jure
civili pro mortuo habetur r, naturaliter tantum
non etiam civiliter obligatur s, nisi in delictis quo-
rum nemo impunitatem sperare debet r.

r l. quod attinet. ff. de R. l. §. 4. Inst. de cap. dimi. l. qui testa-
mento 20. §. servus. 7. ff. Qui test. fac. poss. l. in personam. ff. de R. l.
l. 3. ff. de cap. minut. s l. servi. 14. l. obligamur. 42. ff. b. t. n. l. si id
quod 64. ff. de cond. indeb. t d l. servi. 14. dwesemb. hic in par. n. 7.

16.

Omnes res licitae & possibles in obligationem
deducuntur u.

u. l generaliter. 26. ff. de verb. obl. l. 1. §. si quod 8. cum seq.
l. 3. l. non solum. ff. de obl. et act. l. impossibilium. ff. de R. l.

17.

Oritur etiam naturalis obligatio ex nudo pa-
cto x.

x. l. 1. in pr. ff. de pactis cum similib.

18.

Hæc autem naturalis obligatio siquidem sem-
per fuit ab initio nuda regulariter non actionem,
sed exceptionem producit, & fideiustor accedere
potest y.

y. l. iuris-

y iurisgentium 7. §. Sed cum nulla l. si unus. 27. §. pactus
ne deteret. ff. de pact. l. si quis 35. §. In autem 3. C. de donat. l. fru-
menii 12. C. de usur. §. in omnib 7. l. de fideiuss.

19.

Item ad constituendum, novandum, compen-
sandum est efficax: & juramentum huic naturali ac-
cedens reddit illam firmam z.

z l. 1. §. debitum. ff. de const. pecunia. l. 1. §. illud ff. de no-
nat l. etiam ff. de compensat.

20.

Præterea & per errorem naturaliter debitum
solutum repeti non potest a.

a l. naturales. 10. ff. de obl. & act. l. fideiussor. 16. §. naturales.
ff. de fideiussorib. & mandat.

21.

Porrò omnium obligatum summa divisio in
duo genera deducitur: namq; aut Civiles sunt, aut
Prætoriæ b.

b §. omnium a. Inst. de obligat. l. actionum. 25. §. final. ff. de
obl. & act. l. obligamur. s 2. §. lege ff. b. t. l. legitima ff. de pact. l. hæc
conditio 66. ff. de cond. indeb.

22.

Et illæ quidem ex legum constitutione aut ap-
probatione: hæ verò præatoria jurisdictione veni-
unt c, unde & honorariæ vocantur d.

c d. §. omnium. vers. civiles. sunt ff. b. t. d. Gloss. & Dd. in l. s. ff.
de iust. & iur.

23.

Sola civilis obligatio dicitur, puta si quis dat
alicui chyrographum spe futuræ numerationis, nec
tamen numeratio sequitur e.

e tot. tit. 1. lit. obl. & C. de non num. pec. Mynsing. Inst. b. t.

n 14.

24.

Eodem modo obligatio civilis sola dicitur,

A 4 quando

quando ab initio naturali quidem fuit conjuncta ,
sed naturalis postea fuit sublata, q̄ sit per pactum de
non petendo per juramentum voluntarium, vel ju-
diciale , quod à parte parti defertur : & per tempo-
ris lapsum f.

f l. si unus. §. pactus. ff. de pact. d. l. Stichum. §. naturalis. ff. de
solut. gloss. & Br. in l. ubi cung; 60. ff. de fideiuss. & mandatorib.

25.

Et hæc obligatio actionem quidem producit,
sed potest per exceptionem elidi g.

g §. Præterea. Inst. de except. l. Creditori. 5. C. de pact. l.
quod si maritus. 3. §. 1. ff. de pecun. constit. d. l. si unus. 27. §. pactus.
ff. de pact. adde l. iuris gentium. 7. item l. rescript. 10. in fin. & l. si
cum emptore 26. ff. eod. Schn. de obl. civil. tant. n. 6.

26.

Hæc obligatio Civilis sola neq; constitui neq;
eius prætextu compensatio obijci potest h.

h l. 3. ff. de const. pec. l. quæcunq; ib. gloss. & Bart. ff. de compens.

27.

Item res eo modo debita per errorem soluta
repeti potest i.

i l. si non sortem. §. indebitum. & §. adeo ff. de cond. inde.
gloss. Bart. & Dd. in l. 1. ff. de condit. indeb. & Panor. in c. fin. X. de
solut.

28.

Huic tamen obligationi & pignus & fideiussor
accedere potest k.

k d. l. fideiussor obligari §. fideiussor. ff. de fideiuss. & d. §. in
omnibus. l. de fideiuss. l. si ex cautione C. de non num. pec. Schneid. in
Inst. hic.

29.

Sed exceptio competens debitori prodest
quoq; si fideiussorem conveniat, vel pignus perfe-
quatur creditor l.

l d. l. Stichum aut Pamphilum §. naturatis & §. final. ff. de
solut.

Obligatio-

30.

Obligationes autem in eo consistunt, ut alium
nobis obträngant ad dandum aliquid vel facien-
dum, vel præstandum; & actionem ad id confe-
quendum producant m.

m. l. 3. ff. ll. t. l. traditionibus. C. de pactis. l. licet. 42. §. ea ob-
ligatio ff. de procurat. VVesenb. hic in parat. n. 8.

31.

Adversantur obligationi error n dissensus si-
mulatio o.

n. l. in omnibus 56. ff. de oblig. et act. o. l. in venditioniaus. 9.
ff. de contrah. empt. l. contractus. 54 ff. h. t. n. l. 2. C. eod. l. 1. et 2. C.
quando liceat ab empt. dis. l. 14. si diversa pars. C. de transact. Duar.
ad l. iuris gentium. 7. §. dolo malo. 9. ff. de pact. VVes. hic in par. n. 9.

32.

Perfecta præterea obligatio rumpitur mutuo
consensu p. solutione, aut quod soluti vim obti-
net q. Item rei interitu r. antemoram aut lapsum
temporis s.

p. l. ab emptione 58. ff. de pact l. 1. C. quando liceat ab empt.
dis. q. tot. tit. l. quib. mod. tol. obl. r. l. is qui 45. ff. b. t. l. 36. si a. §.
2. ff. de hered pet. f. l. obligari. §. placuit. ff. h. t..

33.

Hoc tamen ita, si cum tempore consensus:
partium, aut legis dispositio; vel alia efficax causa
concurrat, absque ijs tempus non est modus in-
ducendæ aut tollendæ obligationis t.

t. l. obligationum. 43. §. 1. ff. b. t. n. VVesenb. in parat. hic. n. 9..

34.

Sequens divisio, obligationes aut ex con-
tractu nasci, aut ex maleficio aut proprio quodam-
jure ex varijs causarum figuris monet u.

r. l. 1.

¶ l. i. in princip. ff. de oblig. & actionibus. §. final. l. b. t. n.

35.

Et contractuum quatuor sunt species: aut enim re x contrahuntur, aut verbis y, aut litteris z, aut consentu a.

x d. §. final. l. b. t. l. i. ff. de oblig. & actio. l. 2 ff. de reb. cred.
si cert per. l. i. ff. de permut. l. i. 7. si tibi. ff. de pacto. l. 11. rogasti. §.
l. i. certi conductio. 9. ff. de reb. cred. y l. i. §. verbis. 7. l. obliga-
murus. l. i. ff. h. t. z l. non figura. 3. ff. de obl. & actionib. l. piores.
C. de fid. instru. Vid. iit. 2. 2. Inst. de lit. obl. VV. etenb. hic in parat. n.
7. a l. obligamur ff. h. t. n. l. 3. consensu. ff. h. t. l. i. in fine ff. de con-
trab. empt. l. i. ff. de locat. l. i. obligatio ff. mandati.



COROLLARIA,

I.

Odiè ex omni obligatione dari ac-
tiones quidam statuunt. Ho-
rum assertio utrum sit vera, dispu-
tationis monstrabit exercitium.

II.

Vtrum obligationes introductæ constitu-
tionibus Ducum, Marchionum, &
Comitum, qui superiorē recognoscunt
iuris

*iuris Pratorij esse censeantur? Et negati-
vam defendere tentabimus.*

Dn. VVesenb. in addit. ad Schneid. in
§. omnium. l. formam. C. de offic. Prä-
fect. Præt. ubi Dd.

F I N I S.



Amber 15. Februar 1550

Die Vierzigste, das ist die
dritte und vordern Theil des
Alten Testaments.

2 1 2 1 3

99 A 6904



TA → DL



Farbkarte #13

B.I.G.



23

THEMATA
Disputationis 2. lib. 3. Inst.
DE OBLIGATI-
ONIBVS IN GE-
NERE
Ex titulo 14. lib. 3. Inst & concordan-
tibus iuris textibus desumpta
 Q V AE
 DEO BENE IVVANTE
 SVB PRÆSIDIO
Nobilissimi, Clarissimi, & Consultiss. Viri
DN. ARNOLDI DE REYGER,
I. V. D. ET IN INCLYTA SALANA
Academia Professoris Pandectarum
publici dignissimi.
Proponit ac pro ingenii viribus defendere
studebit
LAZARVS PÖCKELIVS RATISPOENSIS
Ad diem 18. Ianuar.
Hora locoq; consuetis.
Jus civile vigilantibus scriptum est.
Scœvola IC. in I. Pupillus. 24 ff. Que in fraud. cred.
facta sunt.
 I EN AE
Ex typographeo Tobia & Steinmanni.
 ANNO CICLO XCV.